Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uideram in uisione principio. Principium uocat
p̄teritam uisionem quam hęc sequitur. Et grandis
orationis effectus est. Impletur itaq; p̄missio d̄ni
qui ait. adhuc te loquente. dicam ecce assum.
Uidetur aut̄ non angelus vel archangelus. sed uir.
ut nequaquam sexum. sed nomen uirtutis ostenderit.
Et uolans tetigit me in tempore sacrificii uespertini.
Volare dicitur qui ut uir apparuerat. & in tempore
sacrificii uespertini. quia oratio p̄phetę a sacrificio
matutino usq; ad sacrificium uespertinū p̄seuerat.
& p̄pterea dei in se flexit misc̄diam. Et docuit me.
Tam obscura est uisio. ut p̄pheta angeli doctrina
indigeat. Daniel. nunc egressus sum ut docerem
te. ut & intelligeres nunc ad te missus sum. non
a facie dei. ne ab eo recederem. sed ut ad te uenirē.
Ab exordio precum tuarum egressus est sermo.
ut rogare cepisti statim impetrasti misc̄diam d̄i.
& egressa est sententia. & ego idcirco missus sum
ut tibi exponerem quę ignoras. quia uir deside
riorum es. siue amabilis. & dei amore dignus. ut
salemon appellatus est idida. siue uir desideri
orum. quod p̄ desiderio tuo dei secreta audire